



Jus Canonicum Practice Explicatum, Seu Decisiones Casuum

Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos, & ad consuetum
Referendi modum accommodatæ. Opus Novum

Complectens alteram Decretalium medietatem, videlicet nonaginta duos
Titulos, à Titulo XX. libri III. de Feudis usque ad finem

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1734

Quæstio I. An Bertha accipiendo 6. aureos pro arrha sepositos verè
contraxerit Sponsalis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62204)

QUÆSTIO I.

An Bertha accipiendo 6. aureos pro arrha
sepositos verè contraxerit
Sponsalia?

Dixeris, quòd non. 1. quia nec
verbulum, quo suum consen-
sum exprimeret, protulit Ber-
tha, sed præcisè tacuit: sed merata-
curnitas non denotat consensum,
nam is, qui tacet, non fatetur, sed nec
utique negare videtur. c. 44. de R. J.
in 6. adeòque silentium non magis
consensum indicat, quàm dissen-
sum, imò neutrum significat, sed
abstrahit. 2. nec acceptio aureo-
rum est sufficiens signum consen-
sûs, sed est actio indifferens, & non
indicat consensum in futurum Ma-
trimonium, cum accipi potuerint
ut donum gratuitum. 3. quia ad
vera sponsalia non sufficit acceptare
promissionem ab altero sibi factam,
sed necessaria quoque est repromis-
sio futuri Matrimonij, cum spon-
salia in l. 1. ff. de nuptiarum
mentio & repromissio futurarum nuptia-
rum, ac sponsalia tanquam præam-
bulamitentur Matrimonium, quod
non potest obligare unam duntaxat
partem: ergo nec sponsalia: ob-
ligarent autem unam tantum par-


tem, si non daretur repromis-
sio.

Sed his insuper habitis respon-
di, verè esse contracta sponsalia, ex
hoc fundamento: consensus spon-
salius non solum sufficienter ex-
primitur per verba, sed etiam per
alia signa, & facta, quæ in certis cir-
cumstantijs posita satis determinant
indifferentiam horum factorum &
signorum, atque denotant consen-
sum & repromissionem: sic subarr-
hatio, seu immissio annuli in digi-
tum & acceptio, licet secundum se
sit indiffens, si tamen fiat post tra-
ctatum de sponsalibus, vel ad præ-
vium dictum, quòd annulus datur
ad futurum Matrimonium, atque die
Ehe / in communi æstimatione
censetur satis indicare inita spon-
salia, consensum & repromissionem.
DD. passim ex l. 7. h. t. & l. Paulus
ff. rem ratam haberi. gloss. in c. tue 25.
h. t. Atqui Bertha post prævium
tractatum de sponsalibus, & probe
cognitam causam, propter quam
6. aurei in mensa positi ipsi offerre-
ban-

bantur, nempe in ordine ad pandenda sponsalia, eos liberè accipit, & simul onus in se recipit, sub quo oblatus fuerunt, scilicet consentiendi in sponsalia, ac vicissim se obligandi ad futuras nuptias. Et hinc

Rationes in contrarium allatae non urgent, nam silentium & taciturnitas, de se indifferens ad consensum & dissensum exprimendum, sufficienter fuit determinata ad exprimendum consensum, quin & ad repræmissionem Matrimonij, per

factum subsequens vel concomitans, seu per acceptionem aureorum post tractatum de Matrimonio, & causam, propter quam in mensa positi & Berthæ oblatus sunt, probè cognitam; adeoque scivit, se sponsalibus ligari, si aureos acceperet, tanquam oblatos sub hac conditione, & sub annexo onere contrahendi Matrimonium cum Titio.



QUÆSTIO II.

An Sponsalia Berthæ fuerint valida non obstantibus minis paternis.

Plurimi negabunt, eò quòd hæ minæ fuerint graves admodum, præsertim respectivè, seu respectu puellæ teneræ, & quid pater possit, ignorantis, adeoque metu fuit verè gravis, non merè reverentialis, ac simul injustus, cum tam gravia mala minitandi filiæ jus plane non habuerit pater. Jam hoc supposito sic arguunt: sponsalia metu gravi injustè incusso extorta non valent; ergo nec sponsalia

Berthæ fuerunt valida. *Antec. probant* 1. ex c. 14. h. t. ibi: *Cùm locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit.* 2. ex c. 11. de despons. impub. ubi permittitur puellæ, quæ nolens & invita, & minis parentum, adeoque metu adacta, contraxit sponsalia cum puero, alteri nubere etiam non expectata pubertate pueri: ergo sponsalibus ita extortis non fuit obligata. 3. Matrimonium gravi metu injustè incusso extortum non

Uu 2 va